



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CXCII. An societas officii hæreditaria per hæredem gravatum
renovata, cedere debeat damno & periculo hæreditatis vel ipsius hæredis,
Et aliqua de obligatione hæredis gravati ad fructus loco ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

SVM MARIVM

- 1 **F**acti series.
- 2 **R**esolutiones cause.
- 3 **H**eres non tenetur de decoctione debitorum hereditarium in exactorum.
- 4 **An** & quando societates officii, vel census vitalitii aut officia vacabilia quorum amissio evenit, cedant damno heredis gravati, eique imputentur.
- 5 **Quid** de mobilibus, quando ad eorum consumptorum pretium teneatur.
- 6 **Quid** ubi heres renovat societatem.
- 7 **De** fructibus crediti fructiferi cessantibus si debitum convertatur in aliam causam.
- 8 **Societas** officii est species negotiationis.
- 9 **Lucrum** & damnum negotiationis quando sit heredis, & quando hereditatis.
- 10 **An** fructus societatum, & vitalitiorum sint heredis, vel hereditatis.
- 11 **Quomodo** estimanda sint bona, & distinguenda pretiosa à non pretiosis.
- 12 **An** estimari possint bona non extantia.
- 13 **An** heres non describendo distinctè bona in inventario istius beneficio privetur remissione.
- 14 **De** onere investmenti injuncto heredi.

DISC. CXCI.

Constantinus de Paulis, scripta hærede Catharina sorore, eique substitutis, Hieronyma, Lavinia, Constantia, & Isabella ejusdem Catharinæ filiiabus, cum reciproca inter eas in casu obitus sine filiis injuncti hæredi venditionem omnium mobilium, quorum pretium investiri deberet in bona stabilia vel effectus fructiferos, exceptis mobilibus modici valoris à scutis decem infra, quæ voluit liberè ad hæredem pertinere; cum autem per obitum tam Catharinæ, quam Isabellæ & Hieronymæ sine filiis purificata esset dicta substitutio ad favorem Constantiæ, & Lavinia, obtinuerunt ista sententiam favorabilem à judice primæ instantiæ contra Pompeum Catharinæ heredem, & introducta per appellacionem causa in *Rota* coram Priolo, datoque dubio, An actricibus danda esset immissio, & respectivè dictus heres teneatur fideicommissum reintegrare, sub die 10. Decembris 1668 quoad immisionem ad bona hereditaria extantia, responsum fuit simpliciter affirmativè, quoverò ad reintegracionem partim pro actricibus, partim verò pro reo responsum fuit; Idemque sequutum est in repropotione coram Bourlemont sub rogato sub die 17. Junii 1669. & in hoc statu causa pendet.

Duo igitur erant diversa judicia, Unum scilicet immisionis ad ipsa bona extantia, Alterum verò reintegracionis pro distractis ac non extantibus, sed super primo nulla cadebat difficultas, cum fideicommissum esset litterale, neque controvertetur identitas bonorum; Ideoque tota disputatio versati videbatur super secundo, in quo multæ cadebant inspectiones facti potius quam juris, tam circa veritatem plurium nominum debitorum, aliorumque jurium, quæ per actrices prætendebantur remansisse in hereditate, quam circa plures detractiones ex causa æris alieni soluti oppositas ex parte rei conventi, ac etiam circa trebellianicam an esset prohibita necne, totumque consistebat in facto de quo ad Advocatos non pertinet.

Pp

Quatuor

Illud autem etiam in sensu veritatis advertendam de jure verum, atque à Rota admittum, sed ex facto in ultima resolutione negatum, quod ubi agretur de lucro reportato ex negotiatione requirente ipsius hæredis curam, ac personalem industriam, tunc illud non deberet esse totum hereditatis, sed de eo participare deberet ipse heres gravatus juxta eam participationem vel distributionem, quæ cadit in negotiationibus socialibus, in quibus unus ponat pecuniam vel bona alter verò operam & industriam personalem, cadente solum quæstione super rata participationis, quæ pro facti qualitate pro judicis prudenti arbitrio decidenda venit, exiis quæ habentur cæteris relatis apud Leotar. de usuris q. 31. nu. 27. Felic. de societate cap. 9. Michalor. de fratr. par. 3. cap. 59. Et in proposito lucrorum obventium ex negotiatione, quam filiusfamilias faciat cum pecunia paterna seu peculio profectivo, quid conferre debeat necne confert doctrina Bart in l. 1. § nec cassense ff. de collat. bonor. num. 5 & in l. cum oportet Cod. de bonis que liberis, de qua plures casus distinguendo Roman. conf. 469. & ibi adden. Mangil. de imputat. quest. 34. Merin. de legitima lib. 2. tit. 2. quest. 26. numer. 9. & 10. Fontanell. de pactis claus. 11. gloss. unic. num. 37. ubi refert decisum, quod medietas lucrorum relata fuit industriæ ad commodum filii; Verum in hac facti specie motivum admittum non fuit ex ipsius facti qualitate, quod heres degens in Civitate Bononiæ nullam adhiberet industriam, quæ tota fuit sociorum exercentium negotium in Civitate Anconæ, unde propterea totum lucrum fuit ex pecunia hereditaria.

ROMANA
FIDEICOMMISSI
DE LOPEZ

PRO

CONSTANTIA & LAVINIA LOPEZ

CVM

POMPEO FLORAVANTE.

Causa decisus per Rotam pro utraque parte respectivè.

An societas officii hæreditaria per hæredem gravatum renovata, cedere debeat damno & periculo hereditatis vel ipsius hæredis; & aliqua de obligatione heredis gravati ad fructus loco damnorum & interesse ob non investitas pecunias hæreditarias, seu ex bonorum distractione obventas juxta præceptum testatoris, seu ob non vendita jura vitalicia.

Cardin. Luca de Fideicom.

JCA
entis

Quatuor autem erant puncti, juris mixturam habentes; Primò scilicet circa quasdam societates officii hereditarias per heredem post mortem testatoris renovatas in summa scut 900. quæ per debitorum decoctionem amissa fuerunt; Secundò circa qualitatem mobilium, qualia scilicet essent illa, quæ à scutis decem infra non caderent sub onere restitutionis; Tertio super firmando valorem aliorum mobilium non extantium, an scilicet possent congruè æstimari necne per peritos, qui ea videre non poterant; Et quartò demum circa fructus aliàs percipiendos ex investimento pretii bonorum distractorum, ac nominum debitorum, quod neglectum fuit.

Super primo, in utraque decisione responsum fuit contra actrices, ut scilicet hæres non teneatur de periculo decoctionis debitorum dictæ societatis, cum essent iidem debitores, cum quibus ipsemet defunctus contraxerat, & consequenter hæres gravatus dici non poterat in culpa dolo proxima, quæ requiritur, ut de proprio teneatur pro debitoribus inexactis, quorum decoctio supervenerit ad text. in l. mulier §. sed enim. & l. postulante in fine ubi gloss. ff. ad trebell. cum concordan. de quibus infra.

Resolutiones in hac parte mihi pro actricibus scribenti, reflectendo etiam ad solam veritatem, non plerumque ex defectu applicationis dictæ juris regulæ in suo casu veræ, ad factum; Quando enim ageretur de societatis officii contractis ab ipso met testatore, quorum amissio ex debitorum decoctione sequuta esset, tunc intraret dicta juris regula, ut hæres gravatus non teneatur de inexactis, si que sufficiat restituere nomina debitorum, cum non teneatur esse adeo sollicitus de exactiōe, nisi si concurrat culpa lata, quæ doli speciem redoleat ex qua inexigibilitas resultaverit; quod vix ad praxim est deducibile, ut ex supius allegatis juribus, & aliis.

Sive difficultas intrare posset, quando ipsarum societatum à defuncto contractarum amissio sequuta esset ob lucrum per debitorem factum per mortem eius, sub cuius vitæ periculo contractæ erant, an scilicet hæredis vel hereditatis damno id cedere deberet, quasi quod in culpa hæres gravatus dici posset non faciendo disiectam, ac retinendo huiusmodi pecunias tali periculo expositas, cum hæc ut infra, videatur species voluntariæ negotiationis, quæ hæredi gravato non conceditur, nisi ad proprium damnum & proprium lucrum juxta distinctionem inter negotiationem voluntariam & necessariam, de qua disc. præced.

Et in quo puncto, occasione plurium controversiarum tam in Rota, quam coram A. C. aliisque Tribunalibus in proposito officiorum vacabilium remansorum in hereditate fideicommissaria, quorum vacatio sequuta est per mortem titularis, vel censum vitaliorum, an scilicet id cedere deberet damno hæredis gravati, cui imputandum esset, cur illa non distraxerit, pretiumque in bona stabilia, vel æquipollentia investierit, practicatam vidi, quod hæres ab eo excusatus fuit, quoties testatoris præceptum desuper non accedat, quasi quod non teneatur de hoc hæres esse sollicitus, quamvis adsit periculum de hoc hæres esse sollicitus, quamvis adsit periculum de hoc hæres esse sollicitus, quamvis adsit periculum vendere mobilia vel semoventia, quæ periculo subjacent, seu per longærum usum atteruntur, vel diminuantur, ad quorum restitutionem factò casu non teneatur adeo ut exceptis mobilibus solidæ materiæ, in reliquis, etiam consumptionis præsumptio, quæ resultat ex lapsu temporis, illum excuset quo-

ties non constet, quod illa distraxerit, nec pretium, ad cuius restitutionem teneatur, eorum, quæ habemus de bonis mobilibus in dotem datis, quæ sub corredalium, seu vocabulo explicari solent.

Obligatio enim hæredis gravati restituendi deicommissum de pretio bonorum, que absumuntur ad usus usufructuarii, procedit in mobilibus, quorum usus haberi non potest, quatur consumptio, ut sunt triticum, vinum, oleum & similia, ex his quæ habentur supra in lana disc. 130. & in aliis; Ideoque præsertim in manu fideicommissi de Marianis. dispensata in ram Albergato, de qua habetur acti sub tit. de per & detractionibus, cum dubitatum esset, an centum hæredi gravato imputandus esset nec legitimam dictum fuit negativè, præsertim virilem, seu quotam ejusdem legitimæ, præsertim se quoque vacacionis periculum ac damnationem deberet, de quo etiam puncto imputationis in officio in legitimum habetur actum in Lanuen. sub eodem tit. de legitima & detractionibus, quæ si quod prudentius quidem hæres gravatus ret huiusmodi vacabilia, & periculosa ipsa vitæ, pretiumque in bona stabilia perpetuè retentioni apta investire, sed si id negligat, ut in hoc suum erit periculum, dum ita usus est ipsi sibi imputet testator, cur studiosus in verbo de fideicommissum, studiosus quoque non desuper providere.

Admissa verò ista opinione, que in huiusmodi rigorosa juris censura, neque difficultate curatur, cum hæres gravatus videatur legitimæ testatoris; Adhuc tamen advertendam cellat applicationem ad casum, stante quod per mortem testatoris societates dissolutæ fuerant, sine tamen in favorem debitoris, stante quod ista in vitæ periculo conventum fuerat, unde per se resolutio contractus in instanti mortis ejusdem testatoris, pecunia in huiusmodi societates exposita manebat debenda tanquam purum creditum in narium seu simplex nomen debitoris, & consequenter imputari non potest testatori cui non perit, dum sciebat per ejus mortem societates atque periculum cessare.

Punctus autem erit circa novationem quæ res fecerat, renovando easdem societates eorumque nominibus nomine proprio, per quam intrabat occultus exactiōis, quæ inest novationi, cum confusione crediti in diversum contractum, ita ut ter quod primus debendi titulus cessaret, & tertius per imaginariam occultam solubilitatem subintelligendam, adeo ut si primus debendi de sui natura fructiferum, puta pro pretio restituta juxta terminos textus in l. curavit. de usufructu empti, sive ex causa dotis juxta terminos textus in cap. salubriter de usu, erogetur verò in debitum vel alium contractum, iste non novationem debendi titulus attenditur, adeo ut si ista novationem non concurrant fructuum justificatione, non per ista prætendi ex priori titulo ex deductis applicationibus de usufructu quæst. 27. n. finali, & habetur plene de usufructu, & sub altero de dote.

Societas enim officii ob magnum emolumentum fructuum, quod percipitur ex sola executione officii, cui fors principalis subjacet, est species societatis & negotiationis, in qua unus ponat pecuniam & alter operam, juxta ea quæ habentur in l. de materia sub tit. de societate officii post titulum de ipsa

præsertim in compendio Atque generaliter vacabilia dicuntur continere incertam aleam, cujus ratione percipitur longè major fructus, qui ita dicitur fors principalis minutatim in singulos annos vel tempora repetita, ex iis quæ de censibus vitalitiis habentur apud *Leotar. de usuris quas.* 49. & in sua materia sub tit. *de censibus post eundem titulum de usuris*, ac etiam in proposito Locorum Montium vocabilium habentur sub tit. *de Regalibus discurs.* 35. Igitur periculum negotiationis quomodocumque sequatur, quoties illa est voluntaria, debet esse hæredis, dum illius etiam est lucrum & augmentum juxta distinctionem, de qua *disc. preced.* Et consequenter dicebam quod hæres gravatus in isto casu reintegrare debet hereditatem de hujusmodi societatum sorte, non tanquam exigenda, sed tanquam jam exacta ob implicitam exactationem ex dicta novatione resultantem, & propterea extranea remanebat conclusio, cui resolutiones innituntur.

Hinc proinde prædictarum aliarum causarum occasione, præsertim in dicta Romana fideicommissi de *Marianis* disputata in *Rota* coram *Albergato*, reicta dicta theoria, de qua *disc. preced.* quod juxta regulam secundam naturam, &c. ejus debet esse lucrum, cujus est damnum, & e converso; Observabam quod ubi ipsarum Societarum à defuncto contractarum, seu officiorum vocabilium, aliorumque vitalitiorum jurium in hereditate remansorum periculum est hereditatis, quod ejusdem etiam commodo cedere debent, non autem hæredis fructus excessivi, qui ratione hujus periculi tanquam pars fortis percipiuntur juxta ea quæ ponderantur dicto *disc.* 35. sub tit. *de Regal.* Verum hæc judicata fuerunt Advocatorum ratiocinia, eo quia testator non mandando distractionem, ita voluit hæc jura subjacere eidem fortunæ, quibus mobilia ut supra.

Secundus punctus, quæ scilicet essent bona modici valoris à scutis decem infra, non cadentia sub fideicommissio, quamvis videretur puri facti, advertendam tamen habere mixturam juris circa modum fecerendi hujusmodi bona, spectando magis substantiam verisimilis voluntatis, quam figuram verborum prudentis judicis arbitrio, nam etiam inter mobilia prætiosa, quæ pro nobilium aularum ornamento retinentur, adfunt ea, quæ singulariter & distinctè considerata sunt nimis modici valoris, sed attendi debeant simul juncta, spectato ipso corpore ornamenti unitus aulæ, vel domus; Ut es g. habemus in tabulis pictis, quæ retinentur ad ornatum alicujus mansionis, vulgò *gallaria* nuncupatæ, quod si attendatur quælibet tabula de per se, plures aderunt infra dictum valorem, & tamen incongruum esset dicere, quod venirent sub hujusmodi dispositione, dum attendi debet ipsa universitas; Ita pariter de sedibus in aula existentibus, quinimò etiam de gemmis ac vas aureis & argenteis cum similibus, ideoque verè ac propriè hujusmodi dispositio congruere viderur illis supellectilibus ignobilibus, ac inferioribus, quæ usibus manualibus domus destinata, non solent computari in patrimonio, ea que dedecet exponi venalia, ut dictum est prudentis judicis arbitrio, regulando etiam ex judicio & relationibus peritorum juxta communem usum.

Super tertio puncto æstinandi valorem mobilium, quæ utpotè non extantia vel non exhibita, peritorum oculis subjici non potuerunt, nimium insistebant scribentes in contrarium in eo quod æstimari non potest id quod non videtur ex deductis per *Cyrias. contr.* 61. num. 4. *Bertazzol. conf. civil.* 109. num. 36. & sequent. *Orthobon. decis.* 199. num. 11. *Cardin. Luca de Fideicom.*

& 12. *Rot. decis.* 253. num. 19. par. 4. rec. tom. 2. & pluries; Verùm ista difficultas de tempore hujusmodi disputationum jam sopita fuerat, dum in Romana hereditatis coram *Celfo* inter suas *decis.* 358. & in eadem 23. Junij 1662. coram *Nimot.* de qua sub tit. *de Regal. disc.* 1. fundatè quidem ac rationabiliter firmata fuit ista praxis, quoniam ubi adest inventarium, in quo distinctè descripta sunt bona juxta eorum species & qualitates, tunc rectè judicium peritorum interponi potest saltem in eo quod est verisimile, quod est attendendum; Porissimè verò ubi deficientia bonorum provenit ex facto, & culpa ipsius hæredis, qui distraxit præter legem à testatore præscriptam seu aliàs ea non exhibet, nam ita reportaret aliàs commodum ex delicto, atque posset quilibet occultando bona, impossibilem reddere probationem valoris quod admittendum non est; Quinimò iste modus benignior pro ipso occultante seu distrahente videtur, cum alias resultantè impossibilitate probationis ex facto suo, intrare deberet juramentum in litem juxta ea quæ de hoc juramento habentur pluries sub tit. *de judiciis*, ac etiam sub tit. *de Hærede, & Hereditate* & occasione agendi de puncto, an hæres, qui inventarium non fecit, illius beneficio privetur, eo quia bona mobilia, quæ distracta sunt, & non extant, ita distinctè non descripsit in inventario, quod ista praxis adhiberi posset, & quomodo tunc, præsertim gemmæ tabulæ pictæ, ac vasa aurea, & argentea in redditione rationum æstimari possint vel debeant, de quo præsertim sub dicto tit. *de hærede* haberetur actum in eadem Romana census seu fideicommissi de qua supra *disc.* 118. & in Romana hereditatis de *Colonna*.

Circa quartum punctum fructuum debendorum loco damnorum, & interesse processum fuit cum iis quæ in hoc proposito cumuli fructuum, & multiplici habentur supra in *Pisauren. fideic. de Oliverii disc.* 189. & in aliis ibi proximis, restringendo tamen hujusmodi onus ad pretium gemmarum aliorumque mobilium, cum de istius investimento tantum testator loqueretur, unde propterea pecunia obventa ex nominibus debitorum vel censibus extinctis, remanebat tanquam casus omissus sub dispositione juris, non obligante ad hujusmodi investimentum; Alia verò plura sub his disputationibus eadentia consistebant in nudo facto.

F A N E N. FIDEICOMMISSI

P R O

F R A N C I S C O

C V M

VINCENTIO DE DURANTIBUS

Casus disputatus coram A. C. & in Rota,
& variè decisus ut infra.

De legitimatione, seu probatione
identitatis personæ agentis ad fideicom.

P P

deicom.

JCA
entis